Verum in eius loci enarratione, ut nil prorsum dissimulem, Varia, ut dixi, pro-muntur a Studiosis pro inuentorum ratione. Sunt enim, qui Hecaten ibi tergemina dici opinentur, quia sit, ut scribit Orpheus in argonauticis, trium Caputum, Eam siquidem τρισσοκέφαλον inde appellat, ita quod dextrum Caput sit Equi, Sinistrum Canis, Medium Hominis agrestis. Esse quoque Tartari filiam, eiusdem comprobatur Carmen. ταρταρόπαις ἑκάτη. Ex quibus Seruium coarguere nituntur, iterationem esse ibi tradentem. Nam etiam si Hecaten dici Proserpinam, saepe inuenias, Tamen intelligi quandoque separatam numen. Putant alii, quia multi Hecaten cum Iunone coniungunt, Vt sit eadem Iuno, Diana, et Proserpina, Ex quibus Hecate, ut est apud Lucanum, commune efficiatur numen, Iccirco, ne alterutrum Poeta damnaret, utrunque dixisse. Nam esse item, Qui Hecaten Perseo Titane, et Asterie Latonae Sorore prognatam ferant. Cui elementa subiecerit Iupiter, feceritque Caelo, Hereboque potentem, ut cecinit Poeta nobilis, Vnde etiam Hecaten dictam uoluit Hesiodus, a multiplici uidelicet potestate. Aiunt et illud Graeci, Terniones, id est τὰς τριάδας apud Inferos censi admodum, Vt qui sint Hecates numini consecrati. Cui item argumento compari Trigla pisce rem diuinam fieri, et surrigi in triuiis Simulacrum, quod, ut inquit Aristophanis Interpres (et approbat in Deorum natura Phurnutus), Luna, Diana, Hecate idem crederetur numen. Cui Sole occiduo, uice sacrificii coenam mitterent Ditiores in Neomeniis, quam famelici pauperes diriperent, uorarentque, a Dea factum id cauillantes.

Quod ad Triglam attinet, sic in Eustathii monumentis legimus, Trigla inquit, ex ueterum sententia Dianae creditur simulacrum, quatenus, ut Cilix poeta ascribit, sic dicitur, quoniam ter anno gignat. Luna uero tertio post coitum die manifestam uisitationem facit. Hecaten in Boeotia praecipue coli solitam, scribit Theogoniae Hesiodi Interpres. Dici autem Hecaten διὰ τὸ ἑκάστον προνοεῖσθαι, quod uniuscuiusque prouidentiam gerat. Nam quicquid in terra uisitur, ac mari, fato subiici, Quod ut numen, uenerentur plerique omnes. (In Pachyno Siciliae promontorio Hecatae cenotaphium exstructum ab Vlysse legimus, ob nocturnos ab illa

immissos terrores.) Hecatophonia ex Lege immolari a Messeniis solita, in Septem Sapientum conuiuio auctor Plutarchus est. tanquam ex hostibus centum interemissent, ut inquit Pausanias. Id sacrum obiit Aristomenes Ioui ἰθωμάτῃ. Verum ad praesens negotium nihil, Sicuti nec Hecatompodon, quod fuisse Pallados templum autumant, omnibus lateribus pedum omnino centum. Id et Parthenon dicitur plerisque. (Plutarchus in Pericle Hecatompodon parthenona uocat: qua in parte, in codices latinos irrepsit labecula: nam circumferuntur ad hunc fere modum, Hecatompodon parte noua. Verum, graece sic, ἐκατόμπεδων παρθενῶνα Callicrates et Ictinus perficere sunt exorsi.) Neque item Hecatombaeon, qui Atheniensibus mensis erat, Soli sacer, Cuius quia tunc magnus sit cursus, inde Tempori factum nomen, quando Numetus⁴¹⁰ is signare magnitudinem aduertitur plerunque, quod probant Hecatombaeae. Mensis hic Cronion dictus Veteribus quoque a sacrificiis, quae Crono fierent, idest Saturno. (Hecatomben sacrificium quandoque sic solitum celebrari comperisse uideor: Arae primum uno in loco centum struebantur cespititiae, inibi centum mox immolabantur sues, oues totidem. Quod si Imperator rei daret operam diuinae, centeni feriebantur leones, aquilis nec paucioribus, aut id geus animalibus caeteris. Quod et a Graecis factitatum item nouimus, praecipue cum latius grassaretur pestilentia.) Sed ad rem. Theagenem quendam domi Hecates simulachrum, quod Hecateum uocant, adeo superstitiose coluisse, Graecorum monumentis adnotatum est, Vt nusquam omnino proferret pedem, ni id consulisset prius. Hecate demum Maenida putant immolari, quod sit quibusdam maniae, idest furoris causa. Vt iis, qui dicuntur σεληναζόμενοι. Antiphanes certe Maenidas uocat Hecates cibum. Est autem notissimus piscis. Quanquam sunt et Leucomaenides. Boacas nuncupant Quidam. Alibi Poeta idem Maenidas, et Triglas Helenae dixit cibaria. Maenis a Theodoro dicitur Alec. (Porro et Hecatae canem immolari, in Mimis prodidit Sophron: quippe, ut scribit Lycophronis interpres, canis latratus carmina soluit omnino, καὶ τὰ φάσματα, sicut aeris tinnitus quoque, aut eiusmodi quippiam. Propter ea in Alexandra Lycophron,

Ζήρινθον ἄντρον κυνοσφαγοῦς θεᾶς λιπών.

Ad haec respectare Virgilianum illud ex Bucolicis, nemo non emunctae, quod aiunt, naris aduertit,

Nescio quid certe est, et Hylax in limine latrat.

Dictinam scribit Phurnutus, non Dictynam: ἀπὸ τοῦ βάλλειν δεῦρο τὰς ἀκτίνας. Nam inquit, διήκειν indicat τὸ βάλλειν. Dictyneum et Phoebeum loca sunt prope Spartam, de templis puto eorum deorum dicta.) In Apulei magiae Apologia prima obseruatum illud quoque. Ad Magorum Cerimonias aduocari Mercurium consuesse, Carminum nectorem⁴¹¹, et Animi illicem Venerem, ac noctium consciam Lunam, et manium potentem Triuiam. Ad malignos certe Spiritus, loco mouendos, diuinationemque per mortuos explendam, Ptolemaeus in quadripartito conferre putat caelestem harmoniam, quando Luna fuerit magisterii domina, colatque Iouis aedes, Sagittarium, uel Pisces. (Triuiam dici, quoniam triplici sit figura insignis, ait Bassus Phaenomenon Arati interpres: nam eadem est Luna, Diana, Proserpina, idest caelestis, terrestris, et inferna. Et Proserpina quidem, aut quia noctu luceat, uel quod humilior currat, et terris praesit. Nam et boum habere bigam creditur, quod eius detrimenta non terra modo, uerum lapides, animalia, et laetamina sentiunt quoque, quae lunae incrementis eiecta uermiculos parturiant. Diana uero, quoniam arboribus ac fruticibus augmenta inducat: quo forsam argumento etiam Phyllada nuncupauit Callixenus apud Athenaeum, ni etiam foliorum ib contextum malis accipere aut ramos, ut est apud Aristophanem. Denique cremenis lunae desecta ligna furfuraceis tinearum terebrationibus fistulascunt. Dianam dici uolunt, quasi Dimen, quod die appareat noctuque: nam et bigam contribuunt propter duo uisitacionis tempora, aut ob celeritatem. Sunt qui par equorum unum tradant album, nigrum uero alterum: quoniam hyeme ac aestate luceat plus, quam autumnus aut uere.) Quod uero paulo ante de Lunae Schematismo triplici protulimus, apud Hesiodicos Enarratores comperimus illud item, Adcredidisse plerosque, Geryonem tricripitem, hoc est, τρικέφαλον γηρυονῆα, non esse alium, quam Lunam. Sed alii ea fabula signari prodiderunt hyemale sydus. Alii tempus ipsum, in quo praesens, praeteritum, instans, ueluti tria censeantur capita. Postremo ad triplicem Lunae mutationem quot mensibus prouenientem Calendarum, Nonarum, Iduumque distributionem referri oportere, contendunt Auctores eminentissimi.

⁴¹⁰ in Ed. 1542: numerus

⁴¹¹ in Ed. 1542: uectorem

ANHANG IV: HEKATE BEI IACOBUS MICYLLUS

aus: Metamorphoseon Pub. Ouidii Nasonis Sulmonensis Libri XV.

Raphaelis Regii Voltterrani luculentissima explanatio cum nouis Iacobi Micylli Viri eruditissimi additionibus.

Lactantii Placidi in singulas fabulas argumenta.

Allegoriae quibus singularum fabularum Sensa declarantur ita ut facile cognoscere possimus antiquos poetas fabularum integumentis uitam nostram adumbrasse: et mores effictos uoluisse.

Eruditissimorum uirorum Iacobi Phanensis, Coelii Rhodigini, Ioan. Baptistae Egnatii, Henrici Glareani, et Giberti Longolii in pleraque omnia loca difficiliora annotationes nuper editae.

Index omnium fabularum, quae singulis libris continentur. Quae qui legit, facile, quantum in iis emendatis studium sit adhibitum, intelliget.

Venetis apud Hieronymum Scotum. 1553

Additio zum Ovid-Kommentar des Raphael Regius zu Met. 7, 74 fol. 70r

Quoniam autem hic locus occasionem offert, libet, aliquantum expatiari calamo, et quae de Hecate apud authores alios atque alios traduntur simul et sub vno veluti capite, hic exponere. Vetus Dea Hecate fuit, *χθονίων καὶ νερήτρων πρύτανις*, hoc est inferorum ac mortuorum rebus praefecta, eoque etiam magorum et veneficarum carminibus frequentata. Huius potentiam prolixè describit Hesiodus, illique datam a Ioue ait *μοῖραν*, hoc est, partem ac facultatem omnium terrestrium et maritimorum, *καὶ γέρας ἐν γαίῃ τε καὶ οὐρανῷ, ἠδὲ θαλάσῃ*, solique omnium Titanici generis, potentiam atque honores suos integros mansisse, cum caeteri ad inferos detruderentur ac damnarentur. Proinde eandem etiam aliorum parte fungi, et quaecunque libuisset, hominibus elargiri, atque vbicunque, inquit, idem, aliquis *ἐπιχθονίων ἀνθρώπων*

Ρέξων ἱερὰ καλὰ κατὰ νόμον ἰλάσκηται

Κικλήσκει ἐκάτην, πολλή δὲ οἱ ἔπετο τιμή.

Quare etiam dictam volunt *ἐκάτην*, alii quasi *ἐκάστην*, quod singulorum curam ac prouidentiam gerat, singulaque ad ipsam referantur, alii ab *ἐκατόν*, quod centenariam, hoc est, multiplicem et infinitam potestatem habeat. Praecipue tamen ac peculiariter illi cura inferorum attribuitur. Cuius rei ridiculam quandam rationem afferunt. Nam cum intra primos annos adhuc esset, Iunonem aiunt persequi illam coepisse. Illam autem primum in domum puerperae cuiusdam, postea ad quosdam qui defunctorum corpora efferebant, confugisse, quare tum Iunonem *ἀκαθαρσίας* metu videlicet, a persequendo destitisse. Iouem autem per cabiros (sacerdotum id genus est) lustrari illam iterum praecepisse, a quibus cum ad Acherusiam paludem deducta fuisset, mortuorum ibidem curam ac praefecturam sortitam esse. vnde et sacrificiis mortuorum, et expiationibus item et euocationibus illorum adhibetur, et *χθονίαν*que vocant, et *νυχίαν*, hoc est inferam et nocturnam. Suntque etiam qui *ἐκάτην* dictam putent, quoniam centum annos vagari pateretur eorum vmbrae, quorum corpora sepulta non fuissent. Plerique eandem cum Proserpina ac Luna faciunt, eoque *ἐκάτην*, quasi quae *ἔκας*, hoc est, longe a nobis distet, vocatam volunt. A poetis autem etiam triformem inde et tricripitem dici putant, quoniam Luna modo plena luceat, modo obscura tegatur, aliquando partim luceat, partim obscura sit. Et rursum nunc in coelo appareat, nunc apud inferos prematur, interdum circa sylvas ac montes vagetur, vnde etiam nomina illi subinde alia atque alia esse, ita vt nunc Luna, nunc Proserpina, nunc Diana dicatur. Sed mihi triformis Hecate, inde potissimum dici videtur, quod illi compita ac triuia, antiquitus dicata fuere, in quibus et sacrificia menstrua illi fiebant, quas Hecates coenas vocabant, vt ex Pluto Aristophanis apparet, et statuae triformes siue tricripites eidem consecrabantur. Hinc et Ouidius alibi dicit, *Ora vides Hecatis in tres vergentia partes, Seruet vt in ternas compita secta vias*. Quanquam Orpheus, aut quisquis is fuit, in Argonauticis, etiam ipsam deam tria capita habere dicit, hominis videlicet, equi et canis, his versibus:

σὺν δ' αἰολόμορφος ἴκανε

Τρισσοκέφαλος ἰδεῖν ὄλοον τέρας, οὐτὶ δαητόν,

Ταρταρόπαις ἐκάτη, λαιοῦ δ' ἄρυπεσσύθεν ὤμου

Ἴππος χαιτήεις, κατὰ δεξιὰ δ' ἦεν ἀθρήσαι

Λυσσῶπος σκυλάκη, μέσση δ' ἔφϋ ἀγριόμορφος.

De genere autem et parentibus huius Deae varie ab authoribus traditur. Nam alii Iouis et Asteriae, alii Aristaei filiam faciunt. Rursum alii Cereris, alii Noctis filiam. Apollonius et post hunc Ouidius Perseida vocat, hoc est, Persae filiam, siue ille Solis filius, et Aetae frater fuit, vt Diodorus lib. 5. et Dionysius ille, de quo Regius meminit, tradiderunt, siue Crei potius, et Euribie, Titanici generis, vt Hesiodo placet, apud quem in Theogonia ita legitur.

Κρείω δ' εὐρυβίη τέκεν ἐν φιλότῃ μιγείσα
 Ἀστραῖον τε μέγαν, πάλλοντά τε δία θεάων,
 Πέρσην θ' ὅς πάσαισι μετέπρεπεν ἰδμεσύνῃσι et rursum.
 Γείνατο δ' ἀστερίην εὐώνυμον, ἣν ποτε πέρης
 Ἠγάγετ' ἐς μέγα δῶμα φίλην κεκληῆσθαι ἄκοιτιν.
 Ἡδ' ὑποκουσάμενη ἐκάτην τέκε, τὴν περὶ πάντων
 Ζεὺς κρονίδης τίμησε, πέρεν δὲ οἱ ἀγλαὰ δῶρα.

Vocatur autem eadem haec a poetis etiam βριμῶ, hoc est, terrifica, eo quod terrorem immittat hominibus et spectra, quae ab ipsa ἐκαταΐα dicuntur. Item δάειρα, et per contractionem, δαίρα, ἀπὸ τῶν δαδῶν, vt placet grammaticis, quod sacra illius cum facibus peragantur, qua de causa et δαδοῦχος appellatur. Et μονογένεια, quasi dicas vnigenitam, et κουροτρόφος, hoc est, quae puellas ac pueros nutriat. Quae tamen nomina et Proserpinae communia sunt. Ponebantur autem et statuae illius ante domos et valuas potentiorum. Hinc Aeschylus alibi dixit δέσποιν' ἐκάτη τῶν βασιλείων πρόδρομος μελάθρων. Atque haec de Hecate ab authoribus fere traduntur.

Quoniam autem et de Medea hoc loco agitur, et Aeeta, non abs re fuerit illorum quoque gentis persequi, nam et hoc ab authoribus varie traditur. Medae igitur matrem alii Eurylytem vocant, alii Neaeram. Dionysius, quem supra Regius citauit, et Diodorus Hecaten. Nam Persen et Aetam fratres fuisse, Solis filios. Ac Persen quidem ex nymphea quadam indigena sustulisse Hecaten, veneficiis insignem, quae patruo suo nupserit, ex eoque Circen, Medeam, et Aegialeum, quem alii Absyrtum vocant peperit. Quod ideo fictum puto, quod cum veneficiis insignes fuerunt Circe et Medea, creditum propterea sit ex Hecate illas prognatas. Hesiodus autem in Theogonia, Idyam vocat Medae matrem, his versibus.

Αἰήτης δ' ἦος φαεσιμβρότον ἠελίοιο
 Κούρην ὠκεανοῖο τελέεντος ποταμοῖο
 Τὴν μεθεῶν βουλῆσιν Ἰδῆαν καλλιπαρεῖον.
 Ἡδ' ἐννοὶ μήδειαν ἔυσφυρον ἐν φιλότῃ
 Γείνατ' ὑπο δ' μηθείσα διὰ χρυσὴν Ἀφροδίτην.

Hunc et Apollonius sequitur. Nam et ipse Medeam Idyae filiam, Hecates autem sacerdotem dicit, et proinde circa templum illius versari. Edoctam autem et φαίρμαχ ὅς ἢ πειρόστε φυέει, καὶ νήχυτον ὕδωρ Φαρμάσσειν ἐκάτης περσηίδος ἐννεσίησι.

Similis diuersitas authorum et circa patris Aeetae genus est. Nam vt patrem huius Solem esse plerique affirmant, ita matrem contra sunt, qui Ephyren vocent. Homerus Persam nominat. Hesiodus autem, et post hunc etiam Hyginus, Perseidem, Circenque non filiam, sed sororem illius faciunt.

BIBLIOGRAPHIE

WERKLISTE DES GYRALDUS:

Einzelwerke:

De Musis Syntagma, Straßburg 1512; Basileae 1540; in: Opuscula Mythologica, Ethica et Physica variorum autorum, graece et latine edente, cum notis Thomae Gale, Cambridge 1671

Epistola in qua agitur de incommodis quae in direptione urbana passus est, ubi item et quasi catalogus suorum amicorum poetarum et defletur interitus Herculis cardinalis Rhagonis. Simeonis Selhi, magistri Antiochiae, Syntagma, per litterarum ordinem, de cibariorum facultate, L. G. Giraldo interprete, Basileae 1538

De Sepultura ac vario sepeliendi ritu libellus, Basileae 1539; in: Gaudenzio Roberti, Miscellanea Italica erudita, tom. III

Herculis Vita, Basileae 1540

De Re Nautica Libellus, Basileae 1540

De Annis et Mensibus, caeterisque temporum partibus, difficili hactenus et impedita materia, dissertatio facilis et expedita.

Eiusdem Calendarium et Romanum et Graecum, gentis utriusque solennia, ac rerum insigniter gestarum tempora complectens, magno tum historiis, tum caeteris autoribus cognoscendis usui futurum, Basileae 1541

Historiae poetarum tam graecorum quam latinorum dialogi decem, quibus scripta et vitae eorum sic exprimuntur, ut ea perdiscere cupientibus, minimum iam laboris esse queat. Lilio Gregorio Gyraldo Ferrariensi autore, Basileae 1545

Paroeneticus Liber adversus ingratos, Florentiae 1548

De Deis Gentium varia et multiplex Historia, in qua simul de eorum imaginibus et cognominibus agitur, ubi plurima etiam hactenus multis ignota explicantur, et pleraque clarius tractantur.

Ad Herculem Estensem II. Ferrariensem Ducem IV. Lilio Gregorio Gyraldo Ferrariensi auctore, Basileae 1548

Libellus in quo aenigmata pleraque antiquorum explicantur.

Paroeneticus Liber adversus ingratos.

Symbolorum Pythagorae Interpretatio, cui adiecta sunt Pythagorica Praecepta mystica a Plutarcho interpretata.

Libellus quomodo quis ingrati nomen et crimen effugere possit, Basileae 1551

Dialogi duo de Poetis nostrorum temporum, Florentiae 1551

Progymnasma adversus Litteras et Litteratos, Florentiae 1551

Lilii Gregorii Gyraldi Ferrariensis suarum quarundam Annotationum Dialogismi XXX. ad Amplissimum Cardinalem Salviatum.

Item Laurentii Frizzolii Solaniensis Dialogimus unicus de ipsius Lilii uita et operibus, Venetiis 1552

Gesamtausgaben:

Lilii Gregorii Gyraldi Ferrariensis Operum quae extant omnium non minus Eruditae quam Elegantis literaturae Studiosis et expetitorum hactenus et deinceps expetendorum Tomi duo. Cum Elencho Librorum, et locupletissimo Rerum atque Verborum Indice. Basileae, per Thomam Guarinum, 1580

Lilii Gregorii Gyraldi Opera omnia, duobus tomis distincta, Leyden 1696

EDITIONEN UND KOMMENTARE ANTIKER AUTOREN IN DER RENAISSANCE:

Apollonios Rhodios:

Απολλωνίου τοῦ ῥοδίου Ἀργοναυτικά, μετὰ τῶν παλαιῶν τε, καὶ πάνυ ὠφελίμων σχολίων.
 Apollonii rhodii Argonautica, antiquis una, et optimis cum commentariis.
 Venetiis in aedibus Aldi, et Andreae Soceri, mense Aprili 1521

Apuleius:

Philippi Beroaldi uiri doctissimi in asinum aureum .L. Apulei ex Archetypo redimpressa (Arte singularique in imprimendis libris industria: honesti uiri Magistri Ioannis Philippi) commentaria [...].
 Venundantur in uico sancti Iacobi sub intersignio trium coronarum. et Colonie retro maiorem ecclesiam sub intersignio cuniculi albi.
 Parrhisiis Anno domini 1512

Callimachos:

1509: Callimachi Cyrenaei Hymni a Iacobo Crucio Bononiensi Latinitate donati.
 Impressum Bononiae per Benedictum Hectoris 1509

1532: Callimachi Cyrenaei hymni, cum scholiis nunc primum aeditis.
 Sententiae ex diuersis poetis oratoribusque ac philosophis collectae, non ante excusae.
 Froben. Basileae, anno 1532

1540: Francisci Floridi Sabini in M. Actii Plauti aliorumque Latinae Linguae scriptorum calumniatores Apologia, nunc primum ab autore aucta atque recognita.
 Eiusdem de Iuris Ciuilis interpretibus Liber, itidem auctus atque recognitus.
 Eiusdem de C. Iulii Caesaris praestantia Libri III. numqua antea excusi.
 Eiusdem Lectionum succisiuarum Libri III. iam quoque primum et nati, et in lucem editi.
 Apud inclytam Basileam, anno a Christo nato 1540 mense Martio.

Claudian:

Iani Parrhasii Neapolitani uiri undecunque doctissimi in Cl. Claudiani de Raptu Proserpinae libros Commentarius longe eruditissimus: in quo praeter autoris huius expositionem, quamplurima ex aliis quoque autoribus loca a caeteris Interpretibus uel non animaduersa hactenus, uel perperam intellecta, uel deprauata etiam, quam diligentissime tractantur, explicantur, restituuntur [...].
 Accessit praeterea et autoris uita per eundem Parrhasium, et rerum uerborumque memorabilium locupletissimus index.
 Basileae, in officina Roberti Winter, mense Martio. Anno 1539

Cleomedes:

1497: Cleomedis de contemplatione orbium excelsorum disputatio.
 Aristidis: et Dionis de concordia orationes.
 Plutarchi praecepta connubialia.
 Eiusdem de uirtutibus morum.
 Carolo Valgulo Brixiano interprete. Impressum Brixiae. per Bernardinum misintam sumptibus Angeli Britannici Ciuis Brixiani anno 1497 die .iii. Aprilis.

1498: Georgio Valla Placentino Interprete hoc in volumine hec continentur
 Nicephori logica
 Georgii Valle libellus de argumentis
 Euclidis quartus decimus elementorum
 Hypsiclis interpretatio eiusdem libri Euclidis
 Nicephorus de astrolabo
 Aristarchi Samii de magnitudinibus et distantis solis et lunae
 Timeus de mundo
 Cleonidis musica
 Eusebii Pamphili de quibusdam theologicis ambiguitatibus
 Cleomedes de mundo
 Athenagorae philosophi de resurrectione
 Aristotelis de celo
 Aristotelis magna ethica
 Aristotelis ars poetica
 Rhazes de pestilentia
 Galenus de inequali distemperantia
 Galenus de bono corporis habitu
 Galenus de confirmatione corporis humani
 Galenus de presagitura
 Galenus de presagio
 Galeni introductorium
 Galenus de succidaneis
 Alexander Aphrodiseus de causis febrium
 Pselus de victu humano
 Impressum Venetiis per Simonem Papiensem dictum Beuilaquam. 1498. Die ultimo
 Septembris

Cornutus:

1505: Vita, et Fabellae Aesopi cum interpretatione latina, ita tamen ut separari a graeco possit pro uniuscuiusque arbitrio. quibus traducendis multum certe elaborauimus. nam quae ante tralata habebantur, infida admodum erant, quod facillimum erit conferenti cognoscere.
 Gabriae fabellae tres et quadraginta ex trimetris iambis, praeter ultimam ex Scazonte, cum latina interpretatione. Quas idcirco bis curauimus informandas, quia priores, ubi latinum a graeco seiungi potest, admodum quam incorrecte excusae fuerant exempli culpa. quare nacti emendatum exemplum, operaepretium uisum est iterum excudendas curare, ut ex secundis prima queant corrigi.
 Phurnutus seu, ut alii, Curnutus de natura deorum.
 Palaephatus de non credendis historiis.
 Heraclides Ponticus de Allegoriis apud Homerum.
 Ori Apollinis Niliaci hieroglyphica.
 Collectio prouerbiorum Tarrhaei, et Didymi, item eorum, quae apud Sudam, aliosque habentur per ordinem literarum.
 Ex Aphthonii exercitamentis de fabula. Tum de formicis, et cicadis graece, et latine.
 De fabula ex imaginibus Philostrati graece, et latine.
 Ex Hermogenis exercitamentis de fabula Prisciano interprete.
 Apologus Aesopi de Cassita apud Gellium.
 Venetiis apud Aldum mense Octobri 1505

o. J.: Cornuti sive Phvrnvti de natura Deorum gentilium Commentarius, e graeco in latinum conuersus, per Conradum Clauserum Tigurinum. (1543)
 Palaephati poetiarum fabularum explicationes, siue de non credendis fabulosis narrationibus, Liber utilissimus, Philippo Phasianino Bononiensi interprete. Item,
 Iuliani Aurelii Lessigniensi De cognominibus deorum gentilium Libri tres. (1541)
 Basileae o. J.
 1543: F. P. Fulgentii christiani philosophi Mythologiarum libri tres, in quibus enarrat omnes insigniores ueterum fabulas.

His accessit Palaephatus de fabulis supra fidem confictis. Philippo Phasiano interprete.
Praeterea Albrici Philosophi, de Deorum imaginibus, Liber.
Postremo Phornuti, de natura Deorum, libellus, Iodoco Velareo translate.
Basileae per Henrichum Petrum, mense Augusto, Anno 1543

Diodorus Siculus:

1539: ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ΤΙΝΑ τὰ ἐυρισκόμενα. Diodori Siculi
historiarum libri aliquot, qui extant, opera et studio Vincentii Obsopoei in lucem editi.
Basileae 1539

1472: Diodori Siculi historiarum priscarum a Poggio in latinum traducti.
Bononiae impressum. 1472

1531: Diodori Siculi historici clarissimi, Bibliothecae, seu rerum antiquarum tum fabulosarum
tum verarum historiae, priores libri sex, Poggio Florentino Interprete.
Parisiis apud Simonem Colinaeum. 1531.

Harpokration:

Stephanus de urbibus.
Vlpiani commentarioli in olynthiacas, philippicasque Demosthenis orationes.
Enarrationes sanequam necessariae in tredecim orationes Demosthenis.
Arpocratonis dictionarium decem Rhetorum.
Venetiis apud Aldum 1527

Hesiod:

Poemata Hesiodi Ascraei, quae extant, omnia, graece, cum uaria interpretatione Latina. Vna
cum doctissimis Ioannis Tzetis Grammatici in omnia poemata eiusdem Scholiis, nunc
primum ex Graeco sermone in Latinum conuersis, et in lucem editis, a Georgio Henischio
Barthfeldensi.
Basileae, ex officina Oporiniana, o. J. (Die Epistula Henischs ist mit 1574 datiert.)

Theocriti Bucolica per Phileticum e Graeco traducta
Ad Federicum Vrbini ducem.
Hesiodi Ascraei Georgica per Nicolaum de Valle Patritium Romanum e Graeco in Latinum
conuersa: ad Pium secundum Pontificem Maximum.
Hesiodi Theogonia per Boninum Mombrinium Mediolanensem e Graeco in Latinum conuersa:
ad Borsium Estensem Ferrariae Marchionem.
o. O. o. J. (Inkunabel)

Hesych:

Svida. Σουίδα. Ησυχίου λεξικόν. Hesychii dictionarium.
Venetiis in aedibus Aldi, et Andreae soceri. Mense Feb. 1514

Horaz:

1492: Horatius cum commentariis
Ant. Mancinelli
Acronis
Porphyronis
Christophori Landini
Kol.: Horatii Flacci poetae opera: a Philippo pincio Mantuano diligenter Venetiis Impressa:
Anno salutis 1492 Pridie Kal. Martii. Berardino Resina litterarum doctorumque amantissimo
pecuniam impendente.

1545: Q. Horatii Flacci Venusini opera, quibus inter poetas et Latinos et Graecos uix quicquam praestantius, cum ad linguam excolendam, tum ad actiones affectusque moderandos, inuenitur. Vt igitur omnes studiosi legere, iunioribusque interpretari sine remora possint, omnium commentaria quae uisa sunt digna ut legantur, per aliquot eruditos Grammaticos auxilio ueterum exemplarium, iam denuo castigata addidimus, nempe Acronis et Porphyrius optimorum, sine controuersia, autorum.

Item annotationes iudicio et eruditione magnorum, aeternaque memoria dignorum uirorum:

Henrici Glareani Heluetii Poetae laureati,
 Erasmi Roterodami,
 Matthei Bonfinis,
 Aldi Manutii a Philologo recognitas,
 Ludouici Coelii,
 Angeli Politiani,
 M. Antonii Cocchii Sabellici,
 Ioannis Baptistae Pii Bononiensis,
 Seruii Grammatici,
 Petri Criniti.

Basileae per Henrichum Petrum, mense Martio, Anno 1545

Lukian:

Luciani Samosatensis opera, quae quidem extant, omnia, e Graeco sermone in Latinum, partim iam olim diuersis autoribus, partim nunc demum per Iacobum Micyllum, quaecunque reliqua fuere, translata.

Francoforti, Christianus Aegenolphus excudebat, Mense Martio, Anno 1538

Lykophron:

ΠΙΝΔΑΡΟΥ· Ολύμπια· Πύθια· Νέμεα· Ισθμια·
 Καλλιμάχου ἕμνοι, οἱ εὐρισκόμενοι·
 Διονυσίου περιήγησις·
 Λυκόφρονος ἀλεξάνδρα, τὸ σκοτεινὸν ποίημα·
 PINDARI. Olympia. Pythia. Nemea. Isthmia.
 Callimachi hymni qui inueniuntur.
 Dionysus de situ orbis.

Licophronis Alexandra, obscurum poema.

Venetis in aedib. Aldi, et Andreae Asulani Soceri, Mense Ianuario 1513

Orphische Argonautika:

1500: Ορφέως ἄργοναυτικά

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Μουσαίον

Του αὐτοῦ ἕμνοι

Anno ab incarnatione 1500 Die .xix. Septembris. Impressum Florentiae impensa Philippi Iuntae bibliopolae (sic). Siquos errores in hoc opere lector inuenies. qui properantes oculos nostros subterfugerint eos pro iudicio tuo emendabis. uix fieri potest ut non tales interueniant.

1517: Μουσαίου ποιημάτων τὰ καθ' Ἡρώ καὶ Λέανδρον.

Ορφέως ἄργοναυτικά.

Τοῦ αὐτοῦ ἕμνοι.

Ορφεὺς περὶ λίθων.

Musaei opusculum de Herone et Leandro.

Orphei argonautica.

Eiusdem hymni.

Orpheus de lapidibus.

Venetis in aedibus Aldi et Andreae soceri mense Novembri 1517

1523: Orphei Poetarum vetustissimi Argonauticōn opus Graecum, cum interpretatione Latina incerti auctoris, recens addita, et diligentius quam hactenus emendata.
Apud inclytam Germaniae Basileam, anno domini 1523

Ovid:

1519: P. Ouidii Nasonis Metamorphoseos Libri moralizati cum pulcherrimis fabularum principalium figuris.

Ouidii metamorphoseos quindecim libri cum ipsius poetae uita ex eius operibus diligentissime collecta: familiaribusque commentariis et rerum uerborumque cogniti dignissimorum alphabetico indice: ac etiam cum praeclarissimis doctissimi eloquentissimique uiri Lactantii Firmiani Cocli in singulas fabulas argumentis: ut uno intuitu poetae sententia pateat: suis locis insertis: necnon et tropologica nonnullarum fabularum enarratione per reuerendum patrem magistrum Petrum Lauinium philosophum poetam ac theologum diuini quoque uerbi declamatorem celeberrimum ordinis praedicatorum adiecta.

Adnotationes praeterea non ualde paucas et eas quidem eruditissimas uirorum impense doctorum Philippi Beroaldi: Ioannis Baptistae: Pii Iani Parrhasii: Ludouici Caellii Rhodigini et Iacobi Bononensis huc curauit adiiciendas Ioannes Theodoricus Bellouacus.

Kol.: Impressum fuit hoc opus Lugduni in edibus Iacobi Mareschal. Anno domini Millesimo quingentesimodecimonono uicesima die mensis Augusti.

1553: Metamorphoseon Pub. Ouidii Nasonis Sulmonensis Libri XV.

Raphaelis Regii Volterrani luculentissima explanatio cum nouis Iacobi Micylli Viri eruditissimi additionibus.

Lactantii Placidi in singulas fabulas argumenta.

Allegoriae quibus singularum fabularum Sensa declarantur ita ut facile cognoscere possimus antiquos poetas fabularum integumentis uitam nostram adumbrasse: et mores effectos uoluisse.

Eruditissimorum uirorum Iacobi Phanensis, Coellii Rhodigini, Ioan. Baptistae Egnatii, Henrici Glareani, et Giberti Longolii in pleraque omnia loca difficiliora annotationes nuper editae.

Index omnium fabularum, quae singulis libris continentur. Quae qui legit, facile, quantum in iis emendatis studium sit adhibitum, intelliget.

Venetis apud Hieronymum Scotum. 1553

P. Ouidii Nasonis poetae Sulmonensis

Fastorum libri VI.

Tristium V.

De Ponto IIII.

In Ibin.

Cum commentariis doctissimorum uirorum, Ant. Constantii Fanensis, Pauli Marsi, Barth. Merulae, Domitii Calderini, Zarotti: multo quam hactenus usquam, et elegantius et emendatius excusis. His accesserunt enarrationes Viti Amerpachi, Iacobi Micylli et Philippi Melanchthonis Annotationes, longe doctissimae: quibus loca uel deprauata, uel obscuriora, parumque recte hactenus ab aliis intellecta, ita emendantur et explicantur, ut uix quicquam desiderare amplius horum librorum studiosi possint.

Basileae, per Ioannem Heruagium, Anno 1550. Mense Martio

Pausanias:

Pausaniae commentarii Graeciam describentes, hoc est, Atticam, Corinthiacam, Laconicam, Messeniacam, Eleam, Achaicam, Arcadicam, Boeotiam, phocensemque regionem. Tituli sunt graece.

Venetis in aedibus Aldi, et Andreae soceri mense Iulio. 1516

Pindar:

ΠΙΝΔΑΡΟΥ· Ολύμπια· Πύθια· Νέμεα· Ισθμια·

Καλλιμάχου ὕμνοι, οἱ εὕρισκόμενοι·

Διονυσίου περιήγησις·

Λυκόφρονος ἀλεξάνδρα, τὸ σκοτεινὸν ποίημα·

PINDARI. Olympia. Pythia. Nemea. Isthmia.

Callimachi hymni qui inueniuntur.

Dionysus de situ orbis.

Licophronis Alexandra, obscurum poema.

Venetis in aedib. Aldi, et Andreae Asulani Soceri, Mense Ianuario 1513

Scholien zum Aratus Latinus:

1499: Iulii Firmici Astronomicorum libri octo integri, et emendati, ex Scythicis oris ad nos nuper allati.

Marci Manilii astronomicorum libri quinque.

Arati Phaenomena Germanico Caesare interprete cum commentariis et imaginibus.

Arati eiusdem phaenomenon fragmentum Marco T. C. interprete.

Arati eiusdem Phaenomena Ruffo Festo Auienio paraphraste.

Arati eiusdem Phaenomena graece.

Theonis commentaria copiosissima in Arati Phaenomena graece.

Procli Diadochi Sphaera graece.

Procli eiusdem Sphaera, Thoma Linacro Britanno interprete.

Venetis cura, et diligentia Aldi Ro. Mense octob. 1499

1535: C. Iulii Hygini Augusti Liberti Fabularum Liber, ad omnium poetarum lectionem mire necessarius et antehac nunquam excussus.

Eiusdem Poeticon Astronomicum, libri quatuor.

Quibus accesserunt similis argumenti:

Palaephati de fabulosis narrationibus, liber I.

F. Fulgentii Placiadis Episcopi Carthaginensis Mythologiarum, libri III.

Eiusdem de uocum antiquarum interpretatione, liber I.

Arati Φαινομένων fragmentum, Germanico Caesare interprete.

Eiusdem Phaenomena Graece, cum interpretatione latina.

Procli de sphaera libellus, Graece et Latine.

Index rerum et fabularum in his omnibus scitu dignarum copiosissimus.

Basileae apud Ioan. Hervagium, anno 1535 mense Martio.

Seruius:

Seruius Maurus Honoratus. Commentarii in Virgilii opera. (Hain *14703)

Mauri Servii Honorati grammatici in tria Virgilii opera expositio. (Hain *14704)

Mauri Servii Honorati grammatici in tria Virgilii opera expositio.

1471 (Hain 14705)

Mauri Servii Honorati Commentarii in tria Virgilii opera, Bucolica, Georgica et Aeneidem. Absolutum opus nonis Octobribus. 1472 (Hain 14707)

Mauri Servii Honorati Commentarii in tria Virgilio opera, Bucolica, Georgica et Aeneidem. Anno a Natali christiano millesimo quadringentesimo quinto Kalendis decembribus Diuo Galeacio maria sfortia uicecomite Mediolani duce quinto florente hoc opus non indiligenter est impressum. (Hain 14708)

Statius:

Statii Syluae cum Domitii Commentariis
Et Auancii sui emendationibus
Statii Thebais cum Lactantii Commentariis
Statii Achilleis cum Maturantii Commentariis
Domitii Alie annotationes
Hoc per Petrum de Quarengiis Bergomensem Venetiis impressum opus foeliciter explicit.
1508. Die. IX. Augusti.

Stephanus Byzantius:

ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ ΠΕΡΙ ΠΟΛΕΩΝ ΚΑΙ ΔΗΜΩΝ
Stephanus de urbibus
Vene. xv. cal. Apriles 1502

Strabon:

Στράβων περί γεωγραφίας. Strabo de situ orbis. Venetiis in aedibus Aldi, et Andreae soceri mense Novembri 1516

Strabonis Gnosii Amasini scriptoris caeleberrimi de situ orbis libri.xvii.e graeco Traducti Gregorio Typhernale: ac Guarino Veronese Interpretibus. Impressum Venetiis per Bertholomeum de Zanis de Portesio. Anno Domini 1502 die.XIII.Ianuarii.

Strabonis geographicorum commentarii, olim, ut putatur, a Guarino Veronense, et Gregorio Trifernate latinitate donatos, iam vero denuo a Conrado Heresbachio ad fidem Graeci exemplaris, autorumque, qui huc facere videbantur, non aestimandis laboribus, recogniti. Basileae anno 1523

Suda:

Svida. Σουίδα. Ησυχίου λεξικόν. Hesychii dictionarium.
Venetiis in aedibus Aldi, et Andreae soceri. Mense Feb. 1514

Theokrit:

Θεοκρίτου ειδύλλια, ἕξ καὶ τριάκοντα.
Τοῦ αὐτοῦ ἐπιγράμματα τὰ ἔννεα καὶ δεκά.
Τοῦ αὐτοῦ πέλεκις, καὶ πτερύγιον.
Σχόλια τὰ εἰς αὐτὰ εὕρισκόμενα· ἐκ διαφόρων ἀντιγράφων, εἰς ἓν συλλεχθέντα.
Zacharias Kalliergis, Rom 1516

Theocriti Bucolica per Phileticum e Graeco traducta
Ad Federicum Vrbini ducem.
Hesiodi Ascraei Georgica per Nicolaum de Valle Patritium Romanum e Graeco in Latinum conuersa: ad Pium secundum Pontificem Maximum.
Hesiodi Theogonia per Boninum Mombrinium Mediolanensem e Graeco in Latinum conuersa: ad Borsium Estensem Ferrariae Marchionem.
Inkunabel o. O. o. J.

Tibull:

Al. Tibulli Elegiarum libri quatuor: una cum Val. Catulli Epigrammatis: nec non et Ser. Propertii libri quatuor Elegiaci: cum suis commentariis.

Cyllaenii Veronensis in Tibullum: Parthenii et Palladii in Catullum: et Philippi Beroaldi in Propertium. Habes insuper Emendationes in ipsum Catullum per Hieronymum Auancium Veronensem. Nec non castigatissimam tabulam omnium rerum: quae in margine sunt positae: nuper additam et nunquam alias impressam.

Venetis in aedibus Guilielmi de Fontaneto Montisferrati. Anno Domini. 1520 die. xii. Iunii. Inclyto Leonardo Lauretano Principe.

Vergil:

1522: P. Vergilii Maronis Bucolica/Georgica/Aeneis cum Seruii commentariis accuratissime emendatis / in quibus multa / quae adhuc deerant / sunt adiecta / et graecae dictiones ac versus vbique restituti.

Additus est etiam etiam Probi celebris grammatici in bucolica et georgica perutilis commentariolus recens castigatus. Necnon commentarii Donati. Mancinelli. et Ascensii. Insunt praeterea Beroaldi annotationes / et Augustini Dathi in aeneidem praefatio.

Atque vt studiosi nihil amplius desiderent / adiuncta sunt opuscula omnia siue lusus vergiliani tum a Domitio Calderino / tum ab Ascensio perspicue declarati.

Res vero totius operis adeo graphice imaginibus exprimuntur vt non minus geri videantur /quam legi possint. Adhaec ne / dum aliquid quaeris / totus opus laboriose reuoluas / compositissimus index euestigio singula monstrat.

Kolophon: Habetis Vergilii Poetae eminentissimi bonarum literarum Candidati, opera omnia nuper summis vigiliis summoque labore recognita, emaculata: expolita, multisque graecorum autoritatibus, quae in seruianis commentariis deerant locupletata: Adiectis etiam lusibus illis: qui vulgo Priapeae nomine appellantur a Seruio virisque aliis eminentissimis Iuuentuti poetae attributis. Impressa vero Venetiis Summa diligentia per Gregorium de Gregoriis. Impensis vero D. Lucae Antonii de giunta. Anno a Natiuitate Seruatoris nostri 1522 Die XX. Mensis Nouembris.

1577: Lamberti Hortensii Montfortii enarrationes doctissimae atque utilissimae in XII. libros P. Virgilii Maronis Aeneidos.

His accessit: Nascimbaeni Nascimbaenii, in priorem P. Virgilii Maronis epopoeiae partem, id est, in sex primos Aeneidos libros, erudita admodum et perelegans Explanatio: ubi quae ad Rhetoricam, Poeticamque facultatem, necnon ad philosophiam pertinent, quibus undique mirus sese Poeta ostendit, maxime in sententiam Aristotelis et Platonis ita declarantur, ut quae in XII. libris continentur, facile intelligi possint.

Adiecimus etiam,

Christophori Landini Allegorias Platonicas, in XII. libros Aeneidos olim conscriptas.

Basileae, ex officina Henricpetrina, anno salutis humanae 1577 mense Martio.

AUSGABEN HUMANISTISCHER LITERATUR:

Juliani Aurelii Lessigniensis, in suprema Mechliniensi curia caussarum Patroni, de Cognominibus deorum gentilium libri tres: ad clarissimum et eruditissimum virum Franciscum à Burgundia. Antverpiae typis Antonii Goyni Anno 1541

Ioannis Bocatii *περὶ γενεαλογίας* deorum libri quindecim, cum annotationibus Iacobi Micylli. Eiusdem de montium, sylvarum, fontium, lacuum, fluuiorum, stagnorum, et marium nominibus. Liber I.

Huic accessit rerum, et fabularum scitu dignarum copiosus index.
Basileae apud Io. Heruagium mense Septembri Anno 1532

Pictor, Georgius, Theologia mythologica, in: Juliani Aureli Lessigniensis de cognominibus deorum gentilium libri tres. Editio nova et emendata.

Franequerae. Excudi curavit Jacobus Horreus Bibliopola. 1696

Natalis Comitum Mythologiae, siue Explicationis fabularum Libri decem: In quibus omnia prope Naturalis et Moralis Philosophiae dogmata contenta fuisse demonstratur: Nuper ab ipso Autore recogniti et locupletati.

Eiusdem Libri IV. de Venatione.

Accessit G. Linocerii Musarum Mythologia, et Anonymi Obseruationum in totum de Diis Gentium narrationem, Libellus.

Genevae, Sumptibus Ioannis de Tournes 1653

Vincenzo Cartari, *Imagini delli dei de gl'antichi*, Nachdruck der Ausgabe Venedig 1647, Graz 1963

Ludovicus Caelius Rhodiginus, *Antiquarum lectionum libri XVI*

Venetiis apud Aldum, 1516

Lodouici Caelii Rhodigini *Lectionum Antiquarum libri XXX*. recogniti ab auctore, atque ita locupletati, ut tertia plus parte auctiores sint redditi: qui ab omnifariam abstrusarum et reconditorum tam rerum quam uocum explicationem (quas uix unius hominis aetas libris perpetuo insudans obseruaret) merito Cornucopiae, seu Thesaurus Utriusque Linguae appellabuntur, quod in quocunque studiorum genere, non minor ipsorum, quam ingentis bibliothecae, aut complurium commentariorum, possit esse usus. Index est additus, in quo nihil desideres.

Froben, Basileae 1542

Magnum ac perutile dictionarium, quod quidem Varinus Phavorinus Camers Nucernus Episcopus ex multis variisque auctoribus in ordinem alphabeti collegit. Impressum per Zachariam Caliergi Cretensem, Romae 1523

Petri Iacobi Montifalchii de cognominibus deorum opusculum, Perusiae 1525

Cornucopiae Latinae Linguae. Hoc est, Ditissimum penu: unde omnia, quae in primis ad culturam in literis ingeniorum desyderari possunt, maxima et diligentia, et copia exponuntur, auctore Nicolao Perotto, Sypuntino Pontifice, uiro in eo genere tanta eruditione, tantoque labore, ut illum Latini omnes in hanc diem prae caeteris omnibus complecti soleant.

Ad haec ex antiquiore Romani sermonis sacrario,

M. Terentii Varronis de lingua Latina ad Ciceronem Lib. III.

Eiusdem de analogia Lib. III.

S. Pompeii Festi librorum undeuiginti fragmenta.

N. Marcelli de proprietate sermonum lucubrationes multae ac uariae, multisque locis ante hac corruptis restitutae.

Basileae, Ex officina Ioannis Valderi. An. 1536

Joannes Franciscus Buccardus Pylades, *Opera omnia*, Venetiis 1508

De natura stirpium libri tres Ioanne Ruellio auctore, medico hac aetate longe clarissimo.
Basileae, in officina Frobeniana, Anno 1543

Officina Ioannis Rauisii Textoris Niuernensis, eiusdem Cornucopiae.
Typis Iacobi Mareschal fidelissimi Calcographi, Anno a partu virginis .1532. mense Mayo

Hermannus Torrentinus, Dictionarium poeticum quod uulgo inscribitur Elucidarius carminum.
Accesserunt Synonyma poetica per Ioannem Rauisium Niuernensem collecta.
Antverpiae apud Michaellem Hillenium, An. 1536

Ioannis Tortellii Aretini Orthographia. Ioannis Tortellii Lima quaedam per Georgium Valla tractatum de Orthographia, Venetiis 1501

Polydori Vergilii Vrbinatis Adagiorum liber.
Eiusdem de inuentoribus rerum libri octo, ex accurata auctoris castigatione, locupletationeque non uulgari, adeo ut maxima fere pars primae ante hanc utriusque uoluminis aeditioni accesserit.
Basileae ex aedibus Ioan. Frobenii, mense Iulio, anno 1521

Basilii Zanchi Bergomatis Verborum Latinorum ex variis authoribus epitome.
Eiusdem verborum quae in Marii Nizolii observationibus in Ciceronem desiderantur
Appendix.
Epithetorum Commentarii.
Romae 1542

SEKUNDÄRLITERATUR:

Berg, W., Hecate: Greek or Anatolian, in: *Numen* 21 (1974), 128–140

Fauth, W., Demogorgon. Wanderungen und Wandlungen eines Deus Maximus Magorum in der abendländischen Literatur, in: *Nachrichten der Akademie der Wissenschaften in Göttingen, I. Philologisch-historische Klasse, Nr. 5* (1987)

Guthmüller, B., Lateinische und volkssprachliche Kommentare zu Ovids „Metamorphosen“, in: *Der Kommentar in der Renaissance*, ed. A. Buck und O. Herding, Kommission für Humanismusforschung Mitteilung 1, Boppard 1975, 119–139

Kerényi, K., *Die Mythologie der Griechen*, Zürich 1951

Kraus, Th., *Hecate. Studien zu Wesen und Bild der Göttin in Kleinasien und Griechenland*, Heidelberg 1960

– dazu Rezension: Schwabl, H., in: *Anzeiger der Altertumswissenschaft* 16, 1963, 21ff.

Kristeller, P. O., *Die Philosophie des Marsilio Ficino*, Frankfurt am Main 1972

Lesky, A., Griechischer Mythos und Vorderer Orient, in: *Gesammelte Schriften*, ed. W. Kraus, Bern 1966, 379–401

Nilsson, M. P., *Geschichte der Griechischen Religion*, Zweiter, unveränderter Nachdruck der 1967 erschienenen dritten, durchgesehenen und ergänzten Auflage, München 1992

Petersmann, H., Persephone im Lichte des altorientalischen Mythos. Eine etymologisch-religionsgeschichtliche Untersuchung, in: *Die Sprache* 32 (1986), 286–307

Schwabl, H., *Hesiods Theogonie. Eine unitarische Analyse*, Wien 1966

Seznec, J., *Das Fortleben der antiken Götter*, München 1990

Wind, E., *Heidnische Mysterien in der Renaissance*, Frankfurt am Main 1987